

# **Eudes, comte de Blois, de Tours, de Chartres, de Troyes et de Meaux (995 - 1037) et Thibaud, son frère (995-1004). Pièces justificatives., Nr. 17**

Noscant cuncti successores nostri, cum domna Agnete, domni Wanilonis tesaurarii uxore, nos talem convenientiam habuisse ob amorem sui senioris suumque, quantum ipsa vixerit: concessimus ei illam emptionem quam fecit in terra nostra de vineis Dagfridi clericu, hac autem ratione ut, ipsae vineae et quicquid alterius aedificii in terra nostra fecerit, pro redemptione animae senioris sui ac sua, post obitum suum, in Sancti Martini revertatur dominium. Comitem vero Odonem hujus elemosinae, favente suo seniore Guanilone, fecit participem, Ermengardim quoque comitissam ac filios eorum Teodbaldum scilicet et Stephanum, quorum potentia si forte, quod absit, aliqua inde surrexerit calumnia, animarum suarum defendantur elemosinae dona; at, ipsa vivente, ne damnum aliquod propter hoc accidat nobis, sive de nostris consuetudinibus, seu de importunitate aliqua nostris hominibus a suis facta, hos fidejussores habemus, quorum nomina subter notare curavimus, Willelum, Rainaldum, Durandum, Hildebertum.

S. comitis Odonis, qui hanc noticiam firmavit.

S. Teotbaldi, filii ejus. S. Stephani, filii ejus.

S. Guanilonis thesaurarii, qui hanc noticiam super altare Sancti Martini posuit. S. Arduini, filii Gelduini. S. Nevelonis. S. Guillelmi, filii Archingerii. S. Ingelberti.